



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

De dilictis, & conatibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

Joan. in som. conf. lib. 3. tit. 14. & Canonice in dictis locis pau- leante pre me nominatum adductis. fuit vero olim, & nunc est maxime utilis hęc prohibitio multis sane de cau- tis, quę eam iustissimam efficiunt.

Tertia conclusio: Neophytus quacunq; ex lege Chri- stianam legem professus, tunc demum poterit ad sacros ordines, & ecclesiastica beneficia promoueri, cum Epil- copo vili fuerit, eum iam moribus, & Christiani dis- ciplina satis instructum esse: ita quidem, vt iam veteranus Christi miles ceteri iuste possit. text. optim. in c. i. distinct. 75. ex quo Roman. ad notat in sing. 416. Felin. in c. cum sit. de iud. Dec. colum. 3. in cap. eam te de rescript. vbi est text. secun- dum hanc conclusionem intelligendus. Nam ibidem Felin. & Ripam. 3. t. fatentur, posse ad ordines & ecclesia- stica beneficia admitti eum, qui non nuper, sed iam diu relicta gentium, aut Iudæorum lege, Christianam & Euan- gelicam fuerit professus. Sic denique multi fuerunt olim ad ordines sacros, & ecclesiasticas dignitates admissi, quę iudæa, vel gentium lege fidem Christi susceperint, & tamen ob vitę, & morū probitatem, & ideo quia iam diu Catholicę religionis instituti fuerant edocti, nomen Neophytorum amiserat. Is siquidem Neophytus non est, qui iam diu Christianam religionem proficitur. vnde non est, nisi fallor, hæc irregularitas quę ad Neophytos pertinet, alij omnino similis, cum non sit expectanda Romę Pontificis dispensatio, sed tantum sit arbitrio Episcopi considerandum, an sit nouiter conuersus ad fidem, iam dicendus veteranus miles Christianę religionis, vel ex morum probitate, integra legis Euangelicę instructione, vel ex antiqua, & veteri Christianę legis professione, quod caute discernendum erit.

Quarta conclusio: Neophytus ꝑ paulo ante Christianam religionem sacro baptismate professus, non est nec ad secularia officia eligendus. hanc assertionem probat con- ciliū Toletan. in d. cap. constituit. 17. quest. 2. & ibi gloss. & Archid. post eos Annania & Felin. in c. cum sit. col. 1. de iud. lat. in r. de iust. & iure. colum. 1. Roman. in sing. 572. quibus & ea ratio admodum accedit, quod indecorum sit, Veteranis Christi militibus munere publico prefici eū eo, qui paulo ante Christianam religionem, vel idolōrum cultu, aut Iudæis cęremoniis, & superstitionibus infectabatur. Potissime hæc ipsa conclusio est admittenda, ne in superbiam Neo- phytus elatus in precipitum ruat, & diabolica sugges- tione peior fiat, atque a noua, & vera religione, quę humilitatem docet, prorsus abstinat. quinimo & ipse Felin. in d. cap. cum sit. & in cap. Iudæi. asseruat, hęc Neophytum non esse etiam idoneam, nec ad testimonium admittendum contra Christianum. citat ad hoc text. in c. non potest. 2. quest. 7. ex cōcilio Tolerano 4. c. 62. ibi id minime probatur. Con- ciliū etenim de eo tractat, qui cum Iudæis esset, Chri- stianus effectus fuit, & tandem post in legem Christi est perueniatus: non autem de eo Neophyto, qui nouā reli- gione Catholicę contrariā obseruat. vnde mihi non om- nino placet hæc Felina sententia: licet eam sequatur Frã- ciscus Ripa in d. c. cum sit. n. 30. libenterq; admonitos esse ve- terum iudices. vt in hac opinione ad praxim recipiēda cau- tissime proprio, ac discreti viri arbitrio vtantur. [Nam & inter Gothorum leges, quas in Hispania tulerunt extant in Br. Fori 12. tit. 2. duę leges, nona & decima, vtraque hæc de re: sed posterior opinioni Felini potissimum ius- sione, nisi ex eius procemio, & præcedentis legis de- ditione, sit iuxta decretum Toletanum intelligenda: eo ceterum tempore lata fuit.]

Quinta conclusio: Qui iam diu Catholicam fidem, reli- gionem susceperit, & miles est veteranus militię Christianę, nulla lege prohibetur ad secularia officia eligi & admitti: imo regia constitutione expressim admittitur. text. celebris lib. 6. tit. 24. par. 7. cuius meminit late hæc cō- clusionem probans Montalius in d. l. 2. tit. 3. lib. 4. Fori. hoc idem notant Felin. & Ripa in cap. eam te num. 31. Felin. in d. c. de iud. & licet Regia lex indistincte admittendos esse censent ad publica munera eos, qui relicta Iudæorum aut Maurorū lege Christo nomen dederūt: ipse tamen cęseo eam legem esse intelligendā secundū hæc tantam con- clusionē, in hoc qui iam diu legem Christi veteranus pro- ficatur: si in muneribus publicis, qui nuper fallam reli- gionem mordicus, & animo contumaci obseruauerat.

Sexta cōclusio: Satis iure cōmuni constat, nec à benefi- cijs ecclesiasticis, nec à dignitatibus, nec à sacris ordini- bus nec ab officijs publicis, & secularibus prohiberi eū, qui è tempore natiuitatis, ab ipsa quidem infantię ætate Christianus est, tamen patrem, aut, aut proauū Iudæum vel Saracenum habuerit. Hic etenim dubio procul Neo- phytus nō est dicendus, secundū propriam huius dictōnis significationē: licet vulgo apud Hispanos appelletur Con- uersus, aut Marranus. Hinc sane apparet qualiter sit intelli- gendū, quod scripsit Ioan. Staphil. de litteris gratia, & iust. col. vi. ita enim inquit: cum Neophytis, qui vulgo dicuntur Marani, dispensatur ad omnes, & beneficia: dummodo ipsi semper vixerint vt Catholicī. Nam dispensatio ista ne- cessaria nō est in his, de quibus tractat hæc sexta cōclusio, vt ipse opinor. Ipsi vero Iudæi, quod paulo ante notauim- us, apud Christianos magistratus, & publica munera ne- queunt obtinere, præsertim ea quę in infamibus cōmitti non possunt. Nam Bart. per text. in d. vii. C. de post. Aanan. in rub. de Iudæis. col. 2. lat. in rub. ff. de iust. & iur. col. 1. & And. Tiraq. in trad. de nobilit. c. 29. n. 17. existimant. Iudæum non posse ad- uocatu esse, cum infames hoc officiū minime valeant ex- exercere. l. 1. §. ait. prator. in 2. de post. c. infames. 3. quest. 7. licet & diuus Augustin. l. vno adnotationū in 10b. c. 30. appellat Iudæorū gen- tem ignobilem propter Christi occisionem. Quintilianus item hoc ipsum testatur l. 3. c. 9. Est, inquit, & conditoribus vrbū infame, cōtraxisse aliquam pernicioſa ceteris gen- tem: qualis est primus Iudæicę superstitionis author. His equidem verbis Quintilianus, etsi impie incusauerit Mo- sen, & eius leges, quę ad Christi vsque passionē sanctissimę fuerunt, gentem tamen Iudæorū infamē apud Romanos fuisse insinuat. Obiter enim illud est animaduertendū, Iudæicam superstitionem apud Quintilianū intelligendam esse Iudæorum legem quę Superstitio Iudæica appellatur in l. quoniam multi. C. de heret. c. Iudæi. 28. quest. 1. c. augustin. 26. cap. quest. 5. lib. 3. §. vlt. ff. de decurionibus. & licet Alciat. l. 3. distinctio. 8. & l. 10. C. locū Quintilianū intellexit, vt Christianam religionem à Quintiliano appellari Iudæicam contendat: minime congruit ea interpretatio ipsi Quintiliano, qui de Christo Iesu æquaquam egerit: cum is nullam terrenam vrbē condiderit. Quod aduersus Alciat. adnotat ut Anton. August. de excusat. tutor. pag. 367. & Aemilius Ferretus in præ- fatione ad Cornelium Tacitum. Nec inficior quandoque ab ethnicis Christianam religionem dictam fuisse super- stitionem Iudæicam. Quod satis constat ex Arriano de dictis Episcopi, c. 9. Non tamen ita dicta est à Quintiliano, nec ab Vlpiano, in d. l. 3. vlt. vt constat ex l. spadonem. §. iam autem & Iudæi. ff. de excusat. tut. quo in loco relatio fit ad Vlpiani respon- sum in d. §. vlt. licet Accurs. id non satis perceperit. vnde cōmunit est Bart. & omnium consensus. d. l. 3. §. vlt. abro- gatam esse per l. vii. C. de Iudæis.

Hęc vero sint satis pro prima huius operis parte, quę hæctenus de irregularitate in genere, & de quibusdā eius speciebus tractauerit: atq; ideo secunda subsequitur pars.

SECUNDÆ RELECTIONIS Partis initium.

De delictis & conatibus.

SUMMARIÆ:

- 1 Homicidium quid sit. & de homicidio voluntario.
- 2 Voluntate distingui delicta, qualiter sit aliter intelligendum, & inibi de ex- dicamentis & peculis amatorij.
- 3 Maleficia, quo in sensu, fine, & proposito distinguantur.
- 4 Delictum, ex quo fuerit facta publici utilitas, an sit puniendum?
- 5 Irregularitas ex voluntate occidendi etiam perfectissima, non contrahitur: Ibi que de interioribus actibus quo ad humanam legem agitur.
- 6 Conatus qualiter in atrocioribus sit puniendus.
- 7 Intellectus ad l. quisquis. C. ad leg. Jul. marces.
- 8 Intellectus ad l. unicam. C. de rap. virginit. & inibi de raptu monachorum.
- 9 Intellectus ad cap. 1. de homicid. c. rubi de Assisus tractatur.
- 10 Interpretatio text. in l. i. qui cum refo. C. de sicar.
- 11 Veneni preparatio, aut ipsius propinatio animo occidendi contingens, an sit punienda, morte non secuta.
- 12 Parricidij crimen & pania expenditur latissime: & in Pompeia de parricidij explicatur.

Tandem hic locus exigit, vt latius eam explicemus irregularitatem, quę ab homicidio procedit: si- quidem hac in praxi læpissime contingit. Duas vero par- tes habet; Prior de homicidio voluntario, posterior de causali tractabit. Nā de necessario agimus in specie statim tertia huius tractatus parte: vtriusque sane examen requi-

ret, quod generice aliqua de homicidio præmittamus. Est igitur homicidium, corporis præemptio, auctore August. lib. 19. contra Faustum. c. 23. c. homicid. de pœni. dist. 1. corpus autem hic humanum intelligo, & animatum, cum alioqui præemptio non conueniat corpori inanimato, & de hominis occisione tractetur. Idem August. lib. 1. de libero arbit. ca. si homicid. 23. q. 5. scribit, homicidium esse hominis occisionem. Homo autem constat ex anima rationali, & carne, aut corpore: idcirco percuciens hominem mortuū, aut corpori inanimato caput abscindens, non potest accusari homicidij, notat Bald. per tex. ibi in l. i. nu. 19. C. qui accus. non poss. idem in l. sororē. C. de his quib. vt in dīg. & in l. ex hoc iure. nu. 10. ff. de inst. & iur. atq; eadem ratione constat, nō esse irregularem qui corpori mortui, & vita functi membrū absciderit, animo illum hominē occidendi, si eū viuū cōperisset: quod notat Archid. in c. periculosa. de pœni. dist. 1. idē in c. vlt. 13. q. 1. Doct. in c. si aliquis. de homic. & Fel. in c. sicut dignū. eo tit. col. 4. Anan. in c. sicut ex literariū. de homic. col. vlt. Hippol. in l. vlt. n. 38. ff. de q. Alb. Trot. de vero & perfectio cler. lib. 2. c. 29. nu. Lud. Carr. in pract. crim. ti. de homicid. §. 1. nu. 31. & 32. qui tradit hunc puniendū esse de iniuria mortuo illata, iuxta illius iustā æstimationē & æquissimā poenā, argumento deducto ex l. quis sepulchra. C. de sepul. viol. l. 2. §. aduersus. ff. eo tit. not. Matt. de Afflict. consti. Naap. in lib. 3. rubr. 56. præter ea quæ de sepulchro violato traduntur iure regio in l. 1. 2. tit. 9. par. 7. l. 3. tit. 13. par. 1. l. 3. tit. 18. lib. 4. Fori.

Voluntarium homicidium est, quod dolo malo animo occidendi committitur, l. i. in princ. & l. diuis. ff. de scariu. l. in lege Cornel. ff. eo tit. c. 1. §. si quis hominē. de pace tenen. ca. sicut dignum. de homicid. docet Ang. in tract. de malef. §. scienter. & dolose. ex hoc autem voluntario homicidio dubio procul contrahitur irregularitas: modo animum occidendi sequatur actus occisionis. Nā & irregularitas actum exteriorē requirit: text. ele. 3as in c. vlt. q. 15. & probatur ea ratione, quā superius exposuimus, in huius operis. part. 1. nu. 4. Hoc vero in loco voluntarium intelligo non solum, cum occidens explicite tendit ad occisionem, & occidere vult: sed & quoties eius voluntas tēdit in eum actū, ex quo per se, ac immediate mors sequitur, non per accidens: siquidem voluntas peccantis, & agentis malum fertur in id quod fit, & in omne illud, quod per se, non per accidens sequitur ex illo. Cuius assertionis sit exemplum in eo, qui Sempronium percussit prauo animo, volens eī iniuriā irrogare, eiusque faciem e carice signare, non occidere: nec tamen potuit manum ita temperare, quin grauius percussit: ex eaq; percussione mors fuit secuta, profecto hic erit homicida voluntarius: voluntas enim percucientis fertur in percussionem, & in omne id, quod immediate, & per accidens ex eo fuerit sequutum, & sic in homicidio ex percussione per se, & immediate sequutum. Id manifeste sentit S. Tho. 1. 2. q. 20. ar. 5. qui docet, peccata aggravari ex euentibus qui postea succedunt, nō solum quādo illi sunt præcogitati: sed etiā, quando præter intentionem, successerunt, si illi euentus per se, & necessario sequuntur ex priori opere, aut saltem vt in pluribus ita illa eueniunt probat hoc ipsum text. in c. vlt. de homicid. in 6. & l. quoniam multa. C. ad leg. iul. de vi. l. 1. §. ex incendio. ff. de incen. ruina. & naufrag. notat Caiet. in 2. 2. q. 64. ar. 8. sed quia multa lector passim cōperiet, quæ huic nostræ propositioni videantur aduersari: præsertim quod voluntate, & proposito delicta distinguuntur. cum voluntate de semen. excom. oportet rem istam longius repetere aliquot prænotando, quæ dubitationem istam radicatus explicent.

Primum enim illud constitutissimum fit, delictum, aut peccatum committi non posse absq; voluntate, malitia enim cuiusq; actus prauū à voluntate procedit, quæ præcipua est in omni peccato: cum prima causa peccati sit in voluntate, quæ imperat omnes actus humanos: peccatum autem nihil aliud est, quam actus humanus malus: quemadmodū probatur in c. 1. 15. q. 1. ex Aug. lib. 1. tract. 15. qui asseuerat, peccatum non posse esse, nisi voluntarium. idem docet Arist. 3. 1. hie. c. 1. S. Tho. in 1. 2. q. 71. omnibus eius questionibus articulis. quo fit, vt quæ ex parte in actu humano contigerit inuoluntarium, ex ea quidem malitia absit, & omnino peccatum, quod & nos de ignorantia disputantes explicuimus in c. alma mater. 2. par. §. 10. nu. 7.

Secundo ex proxime dictis constat, maleficia, crimina & delicta voluntate distinguui in hunc equidem sensum: vt voluntarium constituat delictum: inuoluntarium autē ab eo excuset, & liberet, eū propter inuoluntariū malitia cef-

fer: ea vero ex voluntate procedat. igitur voluntas distinguat delictum à non delicto, & peccatū à non peccato discernit. eū voluntate de sen. exco. l. qui iniuria. ff. de furtu. l. veni in pira. ff. eod. tit. l. quod reipublica. ff. de iur. l. i. & ad hæc plures ambiguitates, quibus passim hoc ipsum confirmatur. delictum licet itui absque malitia illud committentis: quæ quidem malitia minime datur ex inuoluntario.

Tertio considerandū est, voluntatem ferri quandoq; in actum homicidij directē, & per se: quandoq; indirectē, & per accidens. Directe quidem fertur voluntas in homicidium, quādo quis animum habet occidendi: & hæc est perfecta, propriaque homicidij malitia. l. i. C. de scariu. l. 1. §. diuis. ff. eod. tit. Indirecte autē, & per accidens fertur voluntas in homicidij, quoties fertur in id, ex quo immediate, & per se, nō per accidens homicidij sequitur. Nā in id, quod per accidens sequitur, nullo modo fertur voluntas, nec directe, nec indirecte: erit sane huius assertionis exemplum, quod S. Tho. exponit in 1. 2. q. 76. ar. 4. dicens, quod causa peccati non est directe voluntaria, sed indirecte, & per accidens, quando quis vult bibere vinum immoderate, fertur quidem tunc voluntas directe in potum immoderatum: indirecte autē, & per accidens in ebrietatē, quæ fuit secuta directe, & immediate ex potione immoderata. Hæc dicitur Tho. Cui adiciam libenter Palu. in 4. sent. dist. 32. qu. 1. ar. 1. col. 5. & Panor. in c. quia diuersitatem de conce. pœni. nu. 3. in 2. q. 1. in verb. suspens. & nu. 11. ex quibus ipse colligo, vt voluntatem huius bibentis vinum immoderate minime ferri nec directe, nec per accidens in id, quod ex ebrietate fuerit percuciens secutum præter spem. Dicitur autem magis, vel minus indirecta voluntas in homicidium: quoties actus per se volutus, aut voluntate comprehensus, magis vel minus tendit ad ipsius homicidij periculum: sicut deducitur ex duo Tho. 2. 2. q. 64. ar. 7. ad 2. & ibi Caiet. præsertim in responsione ad 3. & in verb. confirmatur auctoritate Augustini. idē apparet ex eodem Tho. 1. 2. q. 20. ar. 5. cuius paulo ante mentionem fecimus. Huic vero propositioni & alia conueniunt, quæ traduntur in 3. huius oper. parte. q. de ebrio: & in illationibus statim examinandis.

Interim tamen in hac cōtrouersia expendere corabor duo Iuriconsultorum responsa, quæ mihi videntur prætere ratione propolita, difficillima censerī. Extat enim apud Vlpian. in l. 3. ff. ad l. Corne. de scariu. hoc cuiusdā Senatusconsulti testimonium. Sed ex Senatusconsulto relegari iussit ea, quæ nō quidē malo animo, sed malo exēplo Medicamentum ad conceptionē dedie, ex quo ea, quæ acceperat, decellit. Paulus vero in l. si quis aliquid. §. qui abortiuos. ff. de pœni. ita inquit. qui abortiuos, aut amatorio poculum dant, eij dolo non sciunt, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metatium damnantur, in neiores in insula, amissa parte bonori relegantur, quod si eo mulier, cui homo perierit, famulo supplicio afficiuntur. Hæc Iuriconsultus. Vnde cum in vtroque responso probetur dolum abesse, & excludi: propolita tamen res mali exempli: mirum fortassis videbitur, cur morte secuta in vno casu delinque ns relegatione, in altero vltimo supplicio puniatur. His accedit, quod Aristot. in libro de moribus, quæ magna Moralia vocantur, narrat, cum femina poculum amatorum dederat amanti, & eum interemerat illa potione, in iudiciumque Artopagi vocata esset, elapsam illam fuisse seueritate iudicis, nulla alia de causa, nisi quod planum factum esset, ipsam eo maleficio ex consulto & dolo non vsum. Dederat enim phyltrum amoris causa, quamuis sine suo excidisset. Vnde intelligi poterat, non esse id sponte factum: nec enim esse voluit, sed prodesse. Hyllus etiam frumentum Herculem patri apud Sophoclem in Trachinis aperte rem exponit, dicens Deianiram, cum putasset corpori ipsius iniecturam quod conciliandi amorem vim haberet, reuocandique ab alienatum ipsius animum, peccasse errore quodam, nō voluntate. Cicero itē in lib. 3. de natura Deorū. Nec enim, inquit, malū Herculi Deianira voluit, eū ei tunicā sanguine Cætauri tinctam dedit. Sed ad Iuriconsultorum responsa regressus illud asseuerare cōstanter non verebor. ideo apud Paulum vltimo supplicio delictū puniri, quod ille actus ex propria vi, ac natura maxime tēdat in periculum mortis, aut grauissime lesionis: siquidē abortio ipsa ob corporis dissolutionē valde periculosa est: poculaque amatoria in hoc propinantur, vt iudicium amoris perturbent, mutant, & euertant, quo fit, vt licet dolus absit, nec is actus animi occidendi

accidendi, & ideo per se, & directe non possit dici homicidium voluntarium: indirecte tamen, & per accidens dicitur ea occisio voluntaria magis: qui actus per se voluitus, aut voluntate comprehensus magis tendat ad ipsius homicidij periculum. Vlpianus vero eum casum exposuit, in quo potest datur ad coceptionem, quod non est ita periculatum, quippe quod confici solcat ex his, quae vires corporis augent, hominesque, & feminas natura debiles, medicamine ipso fortioris ad generationem reddit, qua ratione non ita tendit in hic voluntate comprehensus actus periculum mortis, vt tendit ille, quo abortiois, vel amoris causa pocula ministrantur.

Quarto proxime adnotandum erit, tunc vere dolus homicidio voluntario perfectum adesse, quoties voluntas occidentis directe, & per se in actum homicidij fertur: & sic habet homicidia occidendi animum. *l. leg. 1. §. diuus. in lege Cornul. ff. de sicariis.*

Quinto illud est omnino animaduertendum, quod ad punitionem ordinariā homicidij, praecipue attenditur verus animus occidendi, perfectus inquam dolus, & tandem voluntas directa in ipsum homicidij actum, in ipsamque hominis occisionem: ita quidem, vt quoties homicidium voluntarium sit, voluntate tamen indirecta, & per accidens contingenti, tunc poena ordinaria remittitur, in aliamque committitur: quali minuat peccati pro ratione indirecte voluntatis, & ob imperfectionem voluntarij. Nam auctore S. Tho. 1. 2. q. 76. art. 4. voluntas per accidens tendens in peccatum minuit culpam peccati. idem probat text. celebris in *d. l. in lege Cornelia. cuius mentionem agemus inferius ad aperitionem huius quaestionis resolutionem, & deinde ad intellectum ca. vltima. de homicid. in 6.*

Sexto hoc in loco non incongrue proponitur, † peccata & maleficia quo ad exteriorem actum, saltem materialiter, vt ita loquar, minime distinguuntur ex proposito sine: quemadmodum docet S. Tho. 1. 2. q. 18. art. 6. cuius haec sunt verba: Aliqui actus dicuntur humani, in quantum sunt voluntarij, sicut supra dictum est. in actu autem voluntario inuenitur duplex actus: scilicet actus interior voluntatis, & actus exterior: & verque horum actuum habet suum obiectum, finis autem proprie est obiectum interioris actus voluntarij: id autem, circa quod est actio exterior, est obiectum eius. sicut igitur actus exterior accipit speciem ab obiecto, circa quod est, ita actus interior voluntatis accipit speciem a fine, sicut a proprio obiecto: id autem, quod est ex parte voluntatis, se habet vt formale ad id, quod est ex parte exterioris actus, quia voluntas vititur membris ad agendum sicut instrumentis. Neque actus exteriores habent rationem mortalitatis, nisi in quantum sunt voluntarij, & ideo actus humani species formaliter consideratur secundum finem, materialiter autem secundum obiectum exterioris actus. Vnde Philosophus dicit in 5. *Ethicor.* quod ille, qui furatur, vt committat adulterium, est per se loquendo magis aduler, quam fur. Haec tenet diuus Tho. qui & in eadem 1. 2. q. 70. 2. art. 1. ascribit peccata distinguuntur, & differre secundum obiecta: & idem esse distinguuntur secundum obiecta, & secundum finem. quia omnis actus quatenus a voluntate procedit, formalem habet speciem a fine, & sic ab eius obiecto. hic autem finis semper est ad rationem boni existentis, vt apparentis: si quidem malum est praeter voluntatem, & voluntas quo ad finem semper habet rationem boni, quemadmodum idem Tho. explicat 1. 2. q. 8. art. 1. ex Dionys. *ca. de diuinis nominibus.* & Aristot. 2. *physicorum.* actus autem voluntarius semper consideratur ad distinctionem peccatorum: & sic haec distinctio proprie per se secundum eundem Tho. 1. 2. q. 72. art. 1. interior vero actus semper distinguitur secundum finem: exterior autem materialiter secundum obiectum, in quo exercetur, idcirco maleficia ex proposito sine non sunt distinguenda, nec incommode distinguuntur. idem vltius constat, si actuum humanorum distinctionem exposuerimus, ex Aristot. 2. *Ethicorum.* c. 7. Diuo Augustino *lib. contra mendacium.* c. 7. S. Tho. 1. 2. q. 18. maxime art. 8. c. *venerabilibus.* §. *penul. de sem. excommun. in 6.* sunt enim actus quidam ex propria natura adeo mali, quod non possunt aliqua ex ea causa licere, nec ex aliqua circumstantia esse boni: vt adulterium, incestus, stuprum, & in his actibus plane consistat, verum esse, quod ex fine non possunt licite censerri, nec iustificari. sicut obiter notauit in Epitome ad 4. *decret. part. 2. c. 3. §. 4. nu. 5. & in 179. peccatum. par. 2. §. 1. nu. 5.* sunt & quidam actus suapte na-

tura mali, qui tamen aliqua ex causa licere possunt, & permittuntur: vt homicidium: quod licet ex se malum sit, permittitur tamen ad defensionem. in hac actuum specie dicitur iuris diuini & humani ratio, quod in dubio delictum, & prauum agentis animum praesumamus, donec veritas constet. *cap. 1. de praesumptionibus.* Alij actus sunt ex propria eorum natura boni, qui etiam possunt contingere mali ob aliquem malum finem, & ob prauam circumstantiam: attamen in dubio praesumendus est bonus agentis animus. Sicut denique & alij actus indifferentes, qui possunt esse mali, vel boni ex fine, & propter circumstantiam aliquam: vt risus, deambulatio, & his similes. in his equidem obseruandum est, quod erit in dubio adsumendum in meliorem partem, & sic in bonum interpretatio. *l. merito. ff. pro socio. cap. estote misericordes. de regul. iur. l. vltim. tit. 10. par. 5. de quo late tractauerunt iunioribus Hippolyt. in rubric. ff. de fideiuss. num. 266. Franciscus Niconitius in repetit. rubric. ff. de noui operis nunciari. Andreas Alciat. in tractat. de praesumptio. regul. 3. praesumpt. 1. Abbas, Anania, & Felin. in cap. cum dilecti. de accusation. per text. ibi. qua ratione Bartol. eleganter scribit in l. quoties. §. 2. ff. de hered. institut. quod si probetur, aliter dictum a contrahentibus: vel testibus, quam scriptum fuit a tabellione, praesumendum erit, id errore potius quam dolo scriptum fuisse. Quam sententiam probauerunt Andr. Alciat. de praesumpt. regul. 3. praesumpt. 1. 3. num. 10. & Hippolyt. in d. rubric. de fideiuss. num. 66. Ego vero perpensa hominum malitia, & praesertim his consideratis, quae frequenter solent a rebellionibus dolo & fraude committi: non facile admitterem hanc opinionem, nisi apud me probatissima foret ipsius tabellionis rectitudo. Igitur actus exterioris boni per se, aut indifferentes omnes sunt praesumendi boni, nisi ex inordinata voluntate, aut malo fine mali iudicentur: imò simpliciter hi actus boni dicuntur: moraliter autem boni, vel mali ex recta, vel inordinata voluntate, ex bono vel malo fine prauo, aut boni censendi sunt: actus vero ex sua natura mali, & sic peccata, non possunt esse boni, nec distinguuntur ex fine, aut bona intentione: sicut dictum magistrum sententiarum in 2. *distin. 46. post Augustinum super Psalmum 31. & in homilia 7. lib. 50. homiliarum. c. forte. 1. q. 5.* quod sit, vt delicta voluntate distinguantur. id est, ex ratione voluntarij, & inuoluntarij vt paulo ante ostendimus, proposito autem, & fine minime distinguuntur, nisi qua ex ex parte finis referuntur per rationem propriam ad actum voluntatis: & ideo quia finis referuntur ad actum voluntatis interioris, cuius obiectum est: actus autem exterior habet pro obiecto id, in quo ipse omnino exercetur, & voluntas fertur in obiectum peccati, secundum quod ipsum peccatum distinguitur: ideo idem est id, quod peccata distinguuntur secundum obiecta, & secundum fines: auctore Thoma in d. *quest. 72. art. 1. ad primam.* Ergo proposita maleficia distinguuntur quatenus propositum ad voluntatis actum spectat: & sic idem est voluntate, & proposito distinguuntur delicta, d. *cap. cum voluntate. l. qui iniuria. ff. de furtis. cum similibus paulo ante citatis.* in quo late Hippolyt. in l. 1. §. diuus ad ff. de sicariis. & in singulari 176. post alios, quos ipse refert.*

Hinc sane poterit expedi quastio elegans, qua solet controuerti, an delinquens puniendus sit, si sequatur ex delicto publica utilitas. Etenim ex crimine per se nihil bonum sequi potest: per accidens autem poterit bonum aliquod ex malo procedere & deduci. sic sane fur furripens alteri proprias res, & eas sibi rapiens inter aliena suppellectilia literas prodicionis reipublice inuenit, quo factum est, vt detecta prodicione salua fuerit res publica: vtrum hic sit furti puniendus, in declamationibus Seneca disputauit. *lib. 16. declamat. q. vlti.* nec Anchar. ausus est definire in *canon. statuta. de consti. fol. 19. col. 3.* est tamen haec dubitatio ita definienda, vt si quis alienas res furripere animo furandi, & voluntate in furtum directa, & sic in rem illicita, peccat peccato furti in cuius obiectum voluntas huius furantis fertur, & omnino puniendus sit. licet ex accidenti prodicionis literas inter fortuitas res inueniens, maximam reipublicae periculum detecta prodicione impediens, & vitauerit. probat text. in *cap. relegant. et. 13. q. 5.* cuius meminit ad hanc fere quastionem Panor. in *c. nouit. de iudic. num. 29.* quod si quis res alienas furripuerit non vt eas furto sibi habeat, & adquirat, sed vt prodicionis literas intercipiatur in maximum reipublicae obsequium, suspensione ductus, quod proditio a domino rerum tractabatur, vel quod apud eum erant prodicionis literae, hic





nis poena ordinaria puniendus est: quod probatur in l. r. ff. de effracto l. vulgaris §. qui furii. ff. de furto. notat in specie Salicet. in d. l. is qui cum telo. col. 2. & Henr. in c. 1. de eo, qui mittit in possess. col. 5. exemplū est satis obuiū in eo, qui alterius portas frangerit causa furii, quod minime potuit peragere: profecto hic punietur poena ordinaria, nō furii, sed effractoris. de quo crimine legito Chassanū in consuet. Burgundia, Rubr. 1. §. videndum, num. 51. & l. hi qui ff. ad legem Iul. de vi publica. & l. 18. tit. 14. part. 7. l. 6. tit. 5. lib. 4. fori. & l. 74. ff. li.

8 Secūdo inferitur interpretatio ad l. vnic. C. de raptu virgin. & ei similem Regiā l. 3. tit. 20. par. 7. est enim illud crimen grauiſſimū: idcirco oportet explicare, siue illius constitutionis poena admittēda contra eum, qui raptum minime consummauerit, tamenſi conatus fuerit id agere per actus exteriores, & perfectioni huius criminis proximios. Et Angel. ibi cenſet, rapientem virginem, si eam stupro non affecerit, nec cognouerit, non eſſe puniendum illius constitutionis poena, sed alia mitiori: quasi illa cōstitutio exigat raptum cum stupro. Idem tenent Anania in cap. penult. de raptori. col. penult. Deci in consil. 234. col. vlt. Hippoly. in consil. 105. col. 2. Capola in consil. 57. Ludou. Carrer. in praet. crimin. tit. de homicidio. §. circa. num. 285. idem habet Communis opinio secundum Boerium de c. 316. col. 2. quibus adſtipulatur. l. 1. situ. 10. lib. 4. fori. contrarium tamen deducitur ex l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cleric. & idē tenent Andreas de Ifernā, & Matthaeus de Afflictis in constitutionibus Neapolitanis li. 1. Rubr. 19. q. 2. lex enim, quae punit raptum virginum libidinis causa factum, considerat pro huius punitionis ratione stuprum, & virginitatis vitium, quod frequētissime ex raptu sequi solet. Hae vero lex rationem habet continuam, finem communem, & vniuersalem, nō particularem: & ideo licet eius ratio cesset in aliquo casu, modo non deficiat in cōmuni, lex nō cessat, nec cessare debet: sicuti adnotauimus & nos in 4. Decret. 2. par. c. 6. §. 9. m. 8. quā obrem dubia est hae Angeli & Anania opinio: ipse vero in raptu cuiusq; virginis, simpliciter admittens sententiā Angeli & Anania: vbi rapiens, qui poterat à nemine impeditus virginē raptam stuprare, sponte sua noluit id agere, imo eam illibatā, & integrā ad honestū locum duxit. Etenim per eum stetit quin crimen omnino cōsummaret. Quo casu video Anania & alios loquutos fuisse saltē in exemplis: cenſeo tamē eſſe adhuc raptorem istū grauiſſima poena puniendum. Si quidē quo ad speciem raptus crimen istud perfectū mihi videtur, etiam absque copula, si iuris vtriusque mentem cōsideremus, cum propter iniuriā parentibus illatā, tum ob ipsius virginis infamiā. Nec enim potest eiusdē virginis opinio vnquam integre restitui: tamenſi mille testibus probatum fuerit, eam nondū corruptam fuisse à raptore. Quis enim credet hoc iuxta illud Oenonis ad Paridem apud Ouidium de rapta Helena à Theseo.

A iuvene, & cupido credatur reddita virgo?

Quod si raptor minime raptam vitauerit, non propria poenitentia ductus: sed quia id agere non potuit, nec per eum stetit, quin eam stuprauerit: tūc sane poena ordinaria eum puniendum eſſe opinor iuxta d. l. vnicam. vbi Hippoly. n. 254. & Ludou. Carrer. in d. num. 285. ita exprellim tenuerunt. Quibus adſtipulatur Regia l. 2. tit. 31. part. 7. & auctoritas Ifernā, ac Matthaei de Afflict. & denique ipsius Anania mens & exemplum.

Sed in raptu alicuius monialis arbitror non eſſe admittendā distinctionē istā: imo raptor poena mortis puniendus est, & deniq; ordinaria, si verē rapuerit libidinis causa, & ex monasterio abduxerit: tamenſi eā nō stuprauerit, cum id potuisset agere. Hoc enim crimen grauiſſimū est, & maius quam simplicis virginis raptus: cum in eo non tantū ipse raptus moniali, sed & conatus sit omnino puniendus, d. l. si quis non dicam rapere. vbi Bal. Paul. & alij hoc tenēt, And. Ifern. ac Matthaeus de Afflict. in d. consil. Neapol. opt. tex. in l. 4. tit. 10. l. 4. fori. licet existimem, conatum ad rapiendam monialem, si rapta non fuerit, nec abducta è monasterio, grauiſſime puniendū fore: non tamē poena ordinaria. Ad hae optime conducit, quod coitus cum moniali sapit incestum, & eius quaedam species eſſe quibusdā, tamenſi impropria videtur. glo. in c. virgin. 27. q. 1. l. 5. tit. 15. l. 8. ord. l. 2. tit. 17. part. 4. l. 13. tit. 2. ead. part. mortisque poena punitur. Authen. de sanct. episc. §. pen. c. si quis rapuerit. 27. q. 1. not. Panorm. id e. monast. de vita & honesta. cleric. Paul. Grillandus in tract. de poenis omnifar. coitus. l. 3. q. 1. nu. 18. clericus vero (nam de laicis hae sunt intelligēda) cum

moniali carnale commercium habens, officio, & beneficio priuatus in arcum monasterium ad perpetuam poenitentiam detruditur. cap. si quis episcopus & c. si quis 27. q. 1. etiam hae fornicatio non fuerit publica, nec scandalu dederit quod not. Anania consil. 1. & Ioan. Bern. in praet. crim. cap. 7. Hinc poterit lector pendere l. 2. tit. 19. part. 7. quae simplicem coitum cum moniali, non poena mortis sed poena simplicis stupri puniendum eſſe respondit.

Tertio deducitur ex his intellectus ad text. in d. c. de homicid. in 6. ex quo probauimus superius, conatum poena ordinaria delicti puniendum fore, etiam si nō sequatur effectus, modo per conantem non steterit, quin delictum consummaretur, modo crimen sit grauiſſimum, vt pote Afflictionum, de quo ea cōstitutio tractat. Etenim hae opiniones probāt in Afflictio communi: id est, vbi quis pactum cum altero fecerit pecunia promissa, vel data, vt occideret Titium. Angel. consil. 14. & Chassa. in consuet. Burgund. tit. 1. videndum. nu. 7. asseuerans, se ita vidisse Mediolani factū, tamen contrarium quo ad poenam ordinariā, licet poenitentiam extraordinariā admittant, conatur tenere Hippoly. in d. consil. 105. & in d. l. si quis cum. telo. C. de sicar. ad finē. & alij pariter ante citati in hoc cap. verū verum circa illationem istam quasi punio constituta in d. c. 1. extraordinaria sit, non ordinaria: quod mihi non satis applaudi. Nam poena in d. c. 1. statuta, graues profecto sunt, & iure pōtificio ordinariā nec id negari vere potest: quae ratione in hac difficultate questione cōstitutū ipse aliquot casus iuxta ea, quae praenotauimus ad propriam huius materiam de conatu cognouerunt.

Primum casus exponitur in proprio crimine Afflictionis, licet, cū de tractatur pecunia data, aut promissa de occidendo homine Christiano per ministerium alicuius infidelis exegit Afflictionis, quemadmodum ipse adnotauit. 2. variat. resolut. c. 20. n. 10. Nam in hac specie ob tanti criminis immunitatē opinor omnino seruandā praedictam constitutionē vt illius poenis, & alius ordinariis puniatur ipsum mandatum, etiā non secuto homicidio, si per ipsum mandatum non steterit, quin homicidium fuerit secutum, quod mihi mandatum fit ex d. c. 1. vbi Philip Franc. post Ioan. Andr. in reg. in poenis. de reg. iur. in 6. scribit, in ea cōstitutione mādātū tantū puniri vt delictū quidē speciale: atque ideo ad poenas inibi statutas, mandatum ipsum sufficere: nec tunc probatur, conatū in hoc casu poena ordinaria puniri: siquidem non conatus, sed crimen consummatum puniatur.

Secundus subicitur casus secundū cōmunem Afflictionis significationē in eo, qui cum quolibet Christiano, aut infideli pecunia data, vel promissa pactionē iniuri de homine Christiano occidendo, & sane in ipso mandatario ad actum proximū processerit, & conatum ipsum deduxerit, vt per eum minime steterit, quin scelus peregerit: notat puniendū fore poena ordinaria, Ang. in d. consil. 4. & Chassa. in d. nu. 7. Matth. de Afflict. in consil. Neapol. lib. 1. rubr. 12. nu. 1. in reg. in poenis. de reg. iur. in 6. Thom. Grammat. in voto 9. alliciens, ita pronunciatum fuisse in senatu Neapolitano. eadem opinionem sequitur Lud. Carrer. in praet. criminat. lib. de homicid. §. 2. num. 12. & in §. 5. num. 8. & nu. 100. Bald. & Ange. in l. 1. §. hac verba. ff. quod quisque iuris. & licet Angel. in d. consil. 4. & in l. item apud Labonem. §. si curauerit. ff. de iniur. existimet, poenam esse, quod iudex poenam mortis in hoc casu ordinatum, in mitiorem, & extraordinariam cōmutet, ego arbitror locum fore ordinariā poenae, nec eam minuendam eſſe: si conatus fuerit deductus ad actum admodum proximū ipsius criminis cōsummationis: secundum ea, quae ad hae controuersiam praemissimus, facit ad hae, quod cōstitutio in d. c. 1. à summo pontifice statuta, nō tantum in mandante locum habet, sed & in ipso mandatario: sicuti nos explicauimus in d. lib. 2. variat. resolut. c. 20. nu. 10. vers. 4.

Tertio proponitur, quid dicendū sit de ipso mandataro in hac specie. Nam iuri conueniens satis est, quod hic puniatur eadem poena, quae & mandataris. Quo fit, vt si mandataris ad actum processerit ita proximū perfectum criminis, quod poena mortis sit dignus: eadē erit ipse mandator plectendus. Quā opinionem ipse colligo ex text. in c. 1. secundū eius cōmunem intellectu. Etenim illa cōstitutio in ipso mandate loquitur vere: & ad mandatarum per Doctores extenditur. Huius etiam sententiā auctores sunt omnes hi, qui in crimen Afflictionis cenſent, conatum deductum ad actum proximū ipsi sceleri eſſe ordinariā poena puniendū, sic sane Ludou. Carrer. in d. §. 5. nu. 8. huius

causam ex alijs per eum citatis definiuit. Nec potest congrue probari differentia, quã inter hunc casum, & præcedentem constituit Th. Gram. voto 8 & 9. ad fin. siquidem actus hic proximus ipsius sceleris consummationi, erit sufficiens ad puniendum ordinaria pena mandatariorum: cum sit satis ad puniendum ipsum mandatarium, qui crimen iussit, ac mandatorum alterius commisit. Maxime huic opinioni locus erit ex eo, quod frequentissimo omnium consensu receptum est, in d. c. 1. conatũ mandatorum potius quam mandatariorum penis inibi expressis persequitur: quæ quidem persequutio ad hunc casum potestillime pertinet: cum de mandato puniendũ tractauerit: quemadmodum Fran. & Doct. ibi annotarunt.

Quarto, si quis pecunia data, vel promissa mandauerit alteri occidi, & mandatarium non est ordinaria, sed extraordinaria tantum pena puniendus: cum alioqui in alijs criminibus nõ ita atrocibus nulla foret pena in hoc casu mandatorum intelligenda. quod not. Bart. in l. non solum. §. si mand. ff. de iniur. 3. Ang. de maleficijs. in glo. Sempronium mandator. col. 2. atque in hoc specie loquuntur Hipp. in dicit. consil. 105. & in d. l. si qui cum te. Th. Gram. in d. voto 8. & in decis. 2. n. 25. & rursus voto 20. Lud. Carrer. in d. §. n. 8. Dynus, & Ang. in d. l. item apud Labconem. §. si in d. c. 1. parauerit. cui opinioni facillime subscribit omnes, qui pro bare conati sunt adhuc in atrocibus criminibus conatu nõ esse puniendum poena ordinaria. quorum opinio tunc nõ obstat, cum ipse conatus non processerit ad actum exteriorum: saltem eum qui sit admodum proximus, & directus in delicti consummationem.

Quinto, ex his facilius erit decisio eius quæstionis quam tradit gloss. in d. cap. 1. de homic. in 6. verbo, mandauerit. vbi asserit in hoc crimine Assassini nõ esse satis ad effugandam poenam illius constitutionis, quod mandator reuocauerit mandatu ante eius executionem: quam gloss. sequuntur ibi Domi. & Francus. & profecto vera est, quoties reuocatur mandatu minime nota siq mandatario, atque ideo ipse vel mandatu exequatur, vel ad actum proximum ipsi crimini processerit. Ex enim in hoc casu non excusat mandatariorum reuocatio mandati: quæ, vt eum excuset, debet nota fieri ipsi mandatario re integra, gloss. in c. cum quis. vbi Docto. de sent. excomm. in 8. quæ est ordinaria secundum Felin. in c. ex parte decani. nu. 6. de re script. & nota secundum Alexand. in l. si pecuniam. §. i. ff. de cond. cond. dat. vbi Bartol. idem probat: Felin. in c. si quis dignum. de homicid. nu. 14. optima gloss. & ibi Doct. in c. mulieres. §. vltim. de sent. excomm. quam sequitur, & explicat Syl. in verb. excommuni. c. 2. dicit. in Clementi. 1. de offic. ordin. regul. 3. nu. 6. quod si mandatum fuerit reuocatu, nec aliquis effectus sit sequutus, quia mandatarius fuit certus de reuocatione, tunc non est locus, etiam in atrocioribus, penæ ordinariæ, licet extraordinarium vterq; sit arbitrio iudicis puniendus: quod notat Hippolyt. in dicit. consil. 105. & in dicit. leg. in qui cum telo. col. penult. Ludouic. Carrer. in dicit. §. circa nu. 78. & idem ipse dixerat nu. 6. conatibus, & proxime adnotatis. sed si mandatariorum non obstant reuocatione ad mandati executionem processerit, videtur sane, non esse mandatoris poena ordinaria puniendum adhuc in his atrocioribus criminibus: sicuti apparet ex gloss. in dicit. cap. cum quis. & his, qui eam sequuti sunt. Ipse tamen in hac specie grauiori poena, quam in præcedentibus punire ipsum mandatariorum.

Sexto, hinc perpendi poterunt Bald. verba in l. non ideo minus. C. de accusat. n. 16. ita enim scribit: Et si dicas, quod in istis atrocissimis punitur consilium solũ: ergo punitur tractatus, & ordinatio: & non est aliquod mandatu, quin sit tractatus, & ordinatio. l. c. si amicus. ff. de adult. Respon. quod solus tractatus, & sola ordinatio nõ punitur de iure, nisi sit processum ad alium actum ordinatum per se ad ipsum factum. l. si qui non dicam rapere. Cod. de episcop. & cleric. §. ff. de penis. l. c. 4. omni. Hætenus Bald. sentiens adhuc in grauissimis criminibus mandatum non puniri, nisi processum sit ad actum ordinatum in ipsam mandati executionem. Hęc enim Bald. sententia est intelligenda quo ad poenam ordinariam, vt mandatum ea puniendum non sit, etiam in his grauissimis delictis: nec tamen hinc sequitur, non esse extra ordinem mandatum puniendum, præsertim in Assassino, cuius criminis pars est præcipua ipsum mandatum, & ipsa conuictio in id facta, vt pecunia conductus homo alium in causam occidat, quod sensere Docto. in dicit. c. 1. de homicid. in 6. maxime Franc. ibi post Ioan. And. in reg. in penis. de reg. iur. n.

6. idem erit in his criminibus, in quibus tractatus ipse maxime ad speciem criminis accedit: nempe in crimine læsæ maiestatis: in quo poena forsitan ordinaria erit mandati iniungenda. Potuit sane Bald. eum sensum habuisse, vt adhuc in grauissimis sceleribus mandatum solum nec poena extraordinaria puniendum sit, vt in casu l. si quis non dicam rapere. Præterquã vbi mandatum ipsum potissime sceleris speciẽ constitueret: sicut de Assassinorum crimine probauimus. sed Bart. in dicit. §. si mandato. & Ang. in dicit. glossa, Sempronium mandatorum. col. 2. & plerique alij eum sequuti existimarunt, in delictis atrocioribus solum mandatum puniendum fore poena extraordinaria. Quorum opinio mihi magis applaudit: quamuis Felin. in tract. quando conatus. col. sequatur Bald. sententiam: imo in quocunq; delicto equum est, quod mandatum ipsum saltem nondum re integra reuocatum pro modo & qualitate criminis, quod mandatum est, puniatur arbitrio discreti iudicis: quidquid Bart. dixerit.

Quarto infertur ex præmissis vera interpretatio text. in d. l. si qui cum telo. C. de sicarijs. qua quidem constitutione cautũ est, poena homicidij ordinaria puniendum esse eum, qui cum telo hominis occidendi causa inceserit, tamen si non occidat. Etenim receptum est, consuetudine eam poenam sublatam esse: quod paulo ante adnotauimus. Nihilominus vbi conatus quis fuerit proditorie hominem occidere, & ad actum exteriorum processerit illato vulnere, forsitan erit locus penæ ordinariæ: quemadmodum ex lege regia deducitur. l. 2. tit. 13. lib. 8. ordin. Ea nempe ratione, quod homicidium proditorum grauissimum crimen sit. c. 1. de homicid. cuius intellectum nos tradidimus lib. 2. variar. resolut. ca. vlt. nu. 7. Quamobrẽ in hoc grauissimo crimine satis erit iuxta quorundam opinionem, quod ipse conatus ad actum omnino proximum consummationi delicti processerit, & quidem ad vltimum actum: qui a delinquente agendus est ad criminis perfectionem: licet non fuerit mors sequuta. Sũt etenim hi actus fere vltimi maxime cõsiderandi, vt iudex perpendere hinc valeat, an poena sceleris consummati sit delinquens omnino puniendus, vel minor.

Quinto, non incongrue deducam ipse quoque modo distinximus ad definitionem illius quæstionis passim cõtrouersa: An is, qui tentat alium occidere veneno, sit puniendus poena mortis, quamuis mors sequuta non fuerit? Nam Iur. consultus in l. 3. in princ. ff. de sicar. expressim asserit, huc puniendum mortis poena: nempe ipsius legis Cornelie supplicio. Regia l. 8. tit. 8. part. 7. Sed quia communi totius orbis consuetudine derogatum est legibus, conatum absque vero effectu punientibus: contrariam sententiam, imo quod poena extraordinaria puniendus sit, qui venenum causa mortis alteri propinauerit, si vel medicamentis, vel alia via mors sequuta non fuerit: tenent Bald. consil. 443. lib. 3. Cepol. consil. vltim. Angel. in l. 1. §. sit iniuria. ff. de extraordin. crimen. Florian. in l. item si obsterix. ff. ad leg. Aquil. Hippol. in d. l. 3. Alexand. ad Bartol. in l. 1. ff. ad legem Pompeiã. de parricid. Parisius in consil. 167. num. 13. lib. 4. Matth. de Afflict. in constitutio. Neapolitan. lib. 3. rub. 41. Augustin. Ariminensis id additionibus ad Angel. de maleficijs, in verbo. & ex intervallo. ad finem. Crement. in sing. 49. Thom. Gram. eleganter in decis. 2. Neapolit. qui testatur, ita non semel in supremo Neapolitano prætorio decisum fuisse: & esse hanc opinionem Communem asserit eam sequutus Ludouicus Carrer. in pract. tit. de homicidio. §. homicidij. num. 19. sentit Felin. in tractat. quando conatus. col. 4. notat iterum idem Tho. Grammatic. decisio. 74. num. 16. & 17.

Verum hac in quæstione obseruandum est, istud crimẽ esse grauissimum: quippe quod ad proditoriam occisionẽ pertineat, secundum Bald. in l. nemo. col. 3. C. de summa Trinit. Anani. & Felin. in c. de homicid. text. optimus in l. 1. Cod. de maleficijs. & Matth. Bald. & Salic. in l. cum fratrem. C. de his, quib. vt indig. Alexan. in consil. 145. nu. 6. lib. 7. Ludouic. Carrer. in pract. crimen. §. homicidij. nu. 98. [His multa suffragantur quæ tradit Philo. libro de legib. specialib. vbi agit de interpretatione legis quæ Exod. 22. lata fuit contra veneficos. Jtem illud est omnino respiciendum in præmissa specie, vbi quis venenum causa mortis, & animo occidendi alteri dederit, & propinauit, actum istum esse adeo proximum consummationi criminis, vt denique is sit vltimus ab occidente agendus: nec enim ad mortem quicquam aliud superest ab eo agendum, vt plane constat: idcirco censeo veriore esse contrariam opinionem, & arbitror, hunc poena ordinaria puniendum: cui sententia suffragantur omnes, qui voluerunt, in his atro-

atrocioribus conatum ad proximum actum deductum ordinaria pena dignum fore. His accedit regia lex in proxima illatione citata deinde & l. 50. tit. vi. lib. 8. ordin. qua constitutum est, mittentem sagittam in mortem alterius, morte plectendum, etiam si non percutiat. Maxime tandem si percussisset cum ea l. 5. tit. 13. lib. 8. quae quidem leges ratione habere potuerunt ad glo. in c. 1. in verb. ad mortem, & ibi Bald. de presumptionib. hanc item sententiam tenent Bartol. per text. in l. 1. ff. ad leg. Pompe. de parricid. Ioan. Faber in §. alia. Instit. de publi. iudic. Sal. c. in dicta l. 1. C. de malefic. & mathe. Angel. de malefic. in verb. & ex interuallo col. vii. Ioan. Igneus eleganter in crimine falso monet. & in l. 1. §. cum dominus nu. 23. ff. ad Syllaria. nempe in eo, qui fallam monetam in pecunia formam ita excuderet, ut statim expendi posset: licet ea usus non fuerit. h. s. falsus C. ad leg. Corn. de falsis. Postremo facit opinionem istam iustitiam, quod auctore Thoma Grammatico. in d. 2. de cessione, per magna Curiae iudices apud Neapolim fuerit non semel per sententiam adprobata: licet in magno consilio, cuius iudices benigniores solent esse, aliud in contrarium sit definitum: Nec tamen probauerim, pena mortis puniendum fore eum, qui animo alterum occidendi venenū emerit, & parauerit, nec dederit. Nam in hac specie totius orbis consuetudo est intelligenda: quae leges hunc conatum punientes adrogauit. Etenim Bal. Floria. & Cremensis paulo ante citati contendunt, non posse hunc conatum iuste puniri pena ordinaria: sed extra ordinem puniendum fore, quidquid Bartol. Ioan. Faber, & Angel. de maleficis, in contrarium responderint, nos equidem aduersus Capol. Angel. & alios asseruimus, tunc locum esse penae ordinariae, cum quis venenum animo occidendi parauerit, & propinauerit alteri, & profecto idem in hoc casu voluerunt Bal. in dicta consil. 443. & Floria in dicta lege nem si obstruere tamen Thoma Grammatico, pro eius sententia hos auctores adduxerit, sentit & hanc distinctionem Salicet. in dicta lege 1. sic sane si quis fallam monetam eadere coepit, nondum tamen forma ad eius usum necessaria signauerit, puniendus non est pena ordinaria, sed extraordinaria, secundum Ioannem Igneum in dicto num. 23. ex aliis, quae ipse adducit: atque ideo iure optimo in hoc casu idem probat Thom. Grammatico. in dicta de cessione. 74. dicens a summo Regio praetorio reuocatum mortis iudicium pronunciatum a iudicibus magne vicarie. Potissimum est admittenda, ac probanda mortis condonatio in eum, qui venenum parauerit animo occidendi patrem, vel matrem, & propinauerit eidem. Nam etiam d. l. 1. ff. ad legem Pompeiam de parricid. & in l. 12. tit. 8. par. 7. cautum sit, sufficere ad penam ordinariam, paratum fuisse venenum ad patris occisionem, & id forsitan esset aequissimum, licet consuetudine sublata: tamen ubi venenum propinatum sit, dubio procul conatus hic erit puniendus ordinaria pena: ob tanti criminis atrocitatem. De hoc etenim crimine non tulit Solon, quia non sperauit futurum parricidam: teste Cicerone in oratione pro Roscio Amerino. idem de Romulo in eius vita Plutarchus retulit: scribens, Romulum homicidium omne vocasse parricidium: nec de eo, qui patrem occidisset, aliam tulisse legem, quod illud impium, & nefarium, hoc impossibile iudicauerit. Sic sane apud Romanos veteres omne homicidium parricidium vocatum est, si quidem auctore Festo lib. 14. Numa Pompilius hanc legem tulit, si quis hominem liberum sciens morti dederit, Parricida esto. Dicitur autem parricidium, id est, patris nephe hominis occisio. aut denique quasi parricidium per syncopen. Nam & Quintilianus lib. 8. cap. 6. existimat per abusionem parricidam dici matris, aut fratris interfectorem. vnde olim fuisse in Romana Republica Quaeitores parricidij: id est, iudices, qui de homicidiorum quorumque causis cognoscebant, quorum meminit l. 2. §. deinde. ff. de origine iur. sed tandem anno sexcentesimo ab vrbe condita, L. Ostius primus omnium patre occiso parricidium commisit: auctore Plutarcho in eiusdem Romuli vita: & deinde eo tempore, quo Marius Cymbros vicit, P. Malleolus matre interempta in futo culeo in mare praecipitatus est. In huius vero criminis auctores statuta est olim poena quae nondum satis sufficiens est ad tanti facinoris vltionem: cuius Marcus Cice. meminit in eadem oratione pro Roscio Amerino: qui cum Solonis meminisset, inquit, quanto maiores nostri sapientius: qui cum intelligeret, nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaretur audacia, supplicium in parricidas singulare excogitauerint: ut quos natura ipsa

in officio retinere non potuisset, magnitudine peccati maleficio submoueretur, insui voluerunt in culeo in mare atque in flumen deiici. O singularem sapientiam iudice! Non videntur ex rerum natura hunc hominem sustulisse, & meruerunt: ut qui cum necasset, vnde ipse natus esset, careret. Noluerunt feris corpus obicere, ne bestis quoque, quantum scelus attigissent, immantioribus vereretur. Non nudos in flumen deiicere, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo caetera, quae violata sunt, ex parte tantum. Denique nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius partem viliam reliqueriat. Etenim quid est tam commune, quam spiritus viuis? terra mortuis? mare fluctuantibus litus eiecit? ita viuunt dum possunt, ut dicere animam de caelo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra obtangat ita iactantur fluctibus, ut nunquam abluantur: ut postremo eiciantur, ne ad saxa quidem mortui conqueant. Haec Cicero. Valerius item Maximus lib. 1. c. 68. Tarquinium, inquit, rex Marcum Tullium daumuirum, quod librum secreta ciuiliu sacrorum continentem custodiam suam commissum corruptus Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutum in mare abiici iussit: idque supplicij genus non multo post parricidis iure rogatum illustissime quidem: quia pari vindicta parentum violatio expianda est. Sed & Dionysius Halicarn. lib. 4. ad memorans, Marcum Attiliu custodem librorum Sybillinorum hunc Daumuirum appellat. Qui autem olim parentes occiderint, commemorat Ludou. Caesius lib. 6. h. antiqua. c. 38. & c. 43. refert Diodorus Siculus lib. 2. c. 3. in Aegypto parricidas olim eo supplicio affectos, ut articulatim praecutis calamis caedi iuberentur, deinde vitos supra pyramum acrum coburi. Extat de parricidij poena pulcherrimum Modestini lex in l. parricid. ff. ad leg. Pompe. de parricid. l. ymnia. C. de his qui parent. occid. §. alia lex. Instit. de publi. iudic. regia. l. 1. tit. 8. par. 7. quam libet modo tantisper explicare, quando in tantum criminis memoria incidimus. Igitur parricida primam virgis sanguineis verberatur, ut Modestinus in dict. l. parricid. tradit in loco Accursius in priori glossate inquit, hae virgas sanguineas dictas proprio fructibus, aut arboris nomine. Cuius quidem fructibus meminit Plin. lib. 16. c. 18. & lib. 24. cap. 10. scribit: nec virga sanguinea felicior habetur: cortex eius interior eiegretices, quae praesana uere, aperte. Deinde huius criminis reus insutum culeo, quem admodum Cice Valer. Max. Modest. & omnes hac de re constitutiones explicant. Erat autem culeus saccus ex vtre bubulo interpretatur Theophilus in d. §. alia meminit & Iuuenalis Satyra octaua.

*Liberasti dentur populo suffragia: qui tam perditus, ut dubitet Senecam praeserue Notum?*  
*Cuius supplicio non deluit vna parati.*  
*Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus.*

Rursum idem Satyra 13.  
*Et deducendum curio bouis in mare, cum quo claudatur aduersus inimicia Simia satis.*

Culeo autem insubitur cum gallo gallinaceo, cane, vipera, & simia: quoniam auctore Theophilo, haec bestia similes mores parricide habere videtur. Nam aliae ex his parentes occidunt, aliae non se continent, quin cum illis pugnent. Hoc autem animalium nec Cicero, nec Valerius meminerunt: sed Modestinus id moribus maiorum tribuit, & post eum omnes leges, quarum mentionem modo fecimus, praeteram Iuuenalis serpentem dixit: regia lex colubrum. Specialis autem ratio a quibusdam tradi solet horum animalium in huius criminis punitione. Gallus vero gallinaceus est ex eo, quod latinae linguae auctores propter homonymiam huius dictionis gallus: & quia pluribus rebus eadem est appellatio secundum Quintil. lib. 7. gallum gallinaceum appellant huius nominis auem: & plerique decere solent gallinaceum absque adiectione galli, quod Budaeus in dict. leg. poena. ex Plinio & Columella notauit. galli vero gallinacei pugnae admodum secum sunt: quod praeter alios Plinius tradit lib. 10. cap. 20. adiciens, Pergami omnibus annis spectaculum gallorum publice edi cuius gladiatori idem & Athenis fieri solitum, auctor est Aelianus lib. 2. in varia histor. cuius meminit Ludouic. Caesius lect. auar. lib. 9. cap. 23. idem scribit Philon in eo libro, cui titulus fecit, quod vnus probus liber, & Lucianus in Anacharsi. Galli vero

